



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 66. Lutheranorum conventiculum Dresdæ in Misnia celebratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI. A. C. 1571. integrum esset, hinc summus Pontifex hanc repugnantiam edoctus in responsis dabat, quod id, quod Magistratum tanquam privilegium respicerent, potius corruptelæ, ac legum everfio esset, manifesta que usurpatio, sub cujus obtentu plurima contra divinum, humanumque jus attentarentur; potius ergo exillimata hæc privilegia producere, ac comprobare oporteret, cum aliunde ipsimet summi Pontifices omnium eorum, quæ ipsorum Prædecessores egissent, forent iudices, ac legitimi Interpretes, adeo, ut ubicunque aliqua irreperit morum corruptela, eam emendare eorundem esset, quin ullus sese opponere valeat. Verum hæc rationes, quæ nimium extendi videbantur, frustranæ erant, quippe Reges, eorumque Ministri privilegiis sibi a Papa concessis immote insistebant: unde ex eorum pertinacia progressu temporis plures oriebantur controversiæ, adeo, ut litigantes partes nunquam plene ad concordiam revocari potuerint.

§. LXVI.

*Lutheranorum conventiculum Dresdæ
in Misnia celebratum.*

Pius V. longe majorem concepit dolorem ex infausto progressu, quem hæresis in Germania, Francia, Belgio, & alibi faciebat; præprimis enim hoc anno

anno Domini millesimo quingentesimo Sæcul. XVI.
 septuagesimo primo Mense Octobri Lu- A.C. 1571.
 therani Dresdæ Misniæ Metropoli con-
 ciliabulum habebant, in quo fidei nor-
 mam procudebant circa Incarnationem,
 & Eucharistiam contra errores Ubiqui-
 starum, qui Christum Dominum etiam
 secundum naturam humanam ubique
 existere fingebant: igitur in hoc con-
 ventu Protestantes decidebant, quod
 Christus Dominus in Cæna vere, ac
 modo vivificante, & substantiali præ-
 sens sit, nobisque verum suum Corpus
 in Cruce oblatum, necnon verum suum
 Sanguinem pro nobis effusum unacum
 pane, & vino tradat, atque hac ratio-
 ne ostendat, quod nos adoptet, sua-
 que membra efficiat, & nos per suum
 Sanguinem purificet, peccatorum no-
 strorum remissionem concedat, ac de-
 nique vere, & efficaciter in nobis habi-
 tare velit. Hanc fidei professionem
 Wittembergenses Theologi acceptabant,
 eidem vero Flacci Illyrici, & Brentii
 asseciæ acriter obsistebant, ac Luthe-
 ranos tanquam Sacramentariorum fau-
 tores accusabant. Perceptis horum al-
 tercationibus Saxonix Elector Torga-
 viæ quindecim Theologos convenire
 iussit, qui novam rursus normam fabri-
 carent, in qua realis præsentia Corpo-
 ris, & Sanguinis Christi in Eucharistia
 expri-

Sæcul. XVI
A.C. 1571.

exprimeretur, simulque rejecta Sacramentariorum doctrina verbis oppido vehementibus condemnaretur: insuper Wittembergenses Theologi ad signandam hanc formam cogebantur, ubi reluctantes in carceres detrudebantur, hinc Torgaviensi horum decisione nonnisi dissidia inter Lutheranos magis augebantur.

§. LXVII.

Fidei formula ad uniendos Lutheranos excogitata.

Hospin. de cæna Dom. x. Inst. tom. 2. & in concord. discor. Cum Saxonæ Elector hæc dissensiones sedare perciperet, Liechtenbergæ alium indixit conventum, ubi duodecim Theologi quosdam concordie articulos proponebant, ut inter Confessionis Augustanæ Sectatores unio fieret: porro hi articuli erant, prout sequuntur. I. Calvinistæ ab hac unione excludantur. II. Omnium dissensionum præteritarum oblivio sanciat. III. Melanctonis doctrina, ejusque explicatio, necnon Wittembergensis Catechismus, ejusdemque urbis Theologorum quæstiones, & responsa, ac denique Dresdensis concordia supprimantur. IV. Utriusque partis Theologi convocentur, ut circa Confessionis Augustanæ explicationem mutuo conferrant. In hoc confessu doctrina, qua Christi